Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Ros: Non cessamus pro vobis orantes · et postulantes
ut impleamini agnitione voluntatis dei in omni sapientia
et intellectu spiritali: ut ambuletis digne deo per omnia pla
centes in omni opere bono fructificantes et crescentes in
scientia dei: in omni virtute confortati · secundum potentiam clari
tatis eius · in omni patientia et longanimitate cum gau
dio gratias agentes deo patri · qui dignos nos fecit · in par
te sortis sanctorum · in lumine qui eripuit nos de potestate
tenebrarum · et transtulit in regnum filii dilectionis sui · in quo
habemus redemptionem · et remissionem peccatorum per ihm xpm
dnm nrm. Secundum Mathaeum.
In illo t: Loquente ihu ad turbas: ecce princeps unus
accessit: et adorauit eum dicens · Dne: filia mea modo
defuncta est: sed veni et impone manum super eam · et uiuet.
Et surgens ihs sequebatur eum · et discipuli eius.
Et ecce mulier que sanguinis fluxum patiebatur duode
cim annis · accessit retro · et tetigit fimbriam uestimenti eius.
Dicebat enim intra se: si tetigero fimbriam uestimenti eius tui
salua ero. At ihs respiciens eam dixit · Confide
filia: fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier
illa hora. Dominica v. an Nat dni. lectio Jeremie ppte
Ecce dies uenient dicit dnus: et suscitabo dauid ger
men iustum · et regnabit rex et sapiens erit · et faciet
iudicium et iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur iuda
et israhel habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod uocabi
bunt eum: dns iustus nr. Propter hoc ecce dies uenient
dicit dns: et non dicent ultra viuit dns: qui eduxit filios
israhel de terra egypti · sed viuit dns qui eduxit et adduxit
semen domus israhel de terra aquilonis · et de cunctis terris